



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

De studio: & quòd Deo minimè fauente omne studium inutile sit. cap. Ixiii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

A **V**FERES malum de medio tui: vt audientes ceteri timorē habeant. *Deut. 19.*



*Proximorum plaga castigari atque emendari oportet: ac per aliena mala, Na. suis rebus probē consulere.*

*Ex alienis calamitatibus hoc commodi capiendum est, vt nostris rebus re- Etē prospiciamus.*

*Melior esto, alienis malis emendatus.*

*Pœna sœpē quidem eos quoque, qui peccant, castigat ac meliores reddit: sin minus, ac certē eos, qui propius ad ipsos accedunt. Etenim aliorum cruciatus multos ad meliorem frugem conuertunt, metuentes videlicet, ne eadem patiantur.*

B *De studio: & quod Deo minimē fauente omne studium inutile sit.*

CAP. LXIII.



**D**OMINO gressus hominis diriguntur. Nisi Dominus *Ps. 36. 126* ædificauerit domū, in vanum laborauerunt qui ædificāt eam.

A Domino diriguntur gressus hominis. Equus paratur *Pro. 20. 21* ad diem belli: Dominus autem salutem tribuit.

Scio Domine, quia non est hominis via eius: nec viri est vt *Hier. 10.* ambulet, & dirigat gressus suos.

C *Est homo laborans & festinans: & tantō magis non abun-* *Eclj. 11.*  
dabit. Est homo marcidus, egens auxilio, deficiens virtute, & abundans pau-  
peritate. Et oculus Dei respexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipsius,  
& exaltauit caput eius: & mirati sunt in eo multi, & honorauerunt Deum,  
Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. *Rom. 9.*

*Sine Dei indulgentia & fauore fieri non potest, vt quispiam se ad honestum & lau- Basil.*  
dabile vita genus conferat.

*Pulcherrima quæque atque optima eligere, ac velle & studere, omnemque laborem sus- Chryso.*  
ferre, propositi nostri est: at eadem ad finem perducere, nec dilabi sinere, sed ad metā ipsam *Nota ad-*  
virtutum peruenire, superna gratia est. Virtutem enim Deus nobiscum partitus est: ac nec *uersus li-*  
eam omnium in nostra potestate reliquit, ne in arrogantiam attollamur: nec rursus eam ipse *beri arbi-*  
prorsus assumpsit, ne in socordiam declinemus: verum nonnulla parte laboribus nostris re- *trij oppu-*  
licta, maiori ex parte ipse eam præstat atque absoluit. *gnatores.*

*Omnis probæ actionis initium in nostra voluntate consistit: finis autem in Deo.*

*Volentibus quidem animis nostris Deus fauorem suum adiungit. Si autem animi prom-  
ptitudo desit, Spiritus quoque diuinitus concessus sese contrahit, ac subducit.*

*Nihil in mortalibus est propriē vtile, ac verē laudabile, quod non diuinitus ipsis con-  
cedatur.*

*De mundana sapientia.*

CAP. LXIIII.

E **P**ERDAM sapientes de Idumæa, dicit Dominus. *Abd. 1.*  
Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentum  
reprobabo.



Confusi sunt sapientes, perterriti, & capti sunt: verbum *Hier. 8.*  
enim Domini proiecerunt.

Filij Agar exquirunt prudentiam, quæ de terra est: nego- *Baruc. 3.*  
tatores terræ & Theman, & fabulatores, & exquisitores pru-  
dentia & intelligentia: viam autem sapientia nescierunt, neque commemorati  
sunt femitas eius.

*Errant Deum quærentes, & volentes inuenire. Etenim cū in operibus illius *Sap. 13.**  
conuerterentur, inquirunt, & per-suasum habent, quoniam bona sunt, quæ viden-  
B b